Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26511
Copyright: Admont, Benediktinerstift

lum. Huius siquidem fidei gratia repleti. ut in ea
usque ad accessum vite perseverantes. posca-
mus nos istius patris et patroni nostri me-
ritis ac precibus multiplicari a fructu fru-
menti. vini. et olei dei. id est doctrina sancta.
sapientia superna. divine gratie misericordia. ut
inebriati ab ubertate domus eius. a pingue-
dine videlicet gratie spiritus sancti. qua repleta
est catholica ecclesia. que est domus et cor-
pus eius. flumina de ventre nostro flu-
ant aque vive. de mentibus scilicet nostris
spiritales doctrine que sunt anime
vite. et quos per baptismum ab omnibus mundavit
sordibus peccatorum. per lacrimas peniten-
tie a cunctis ablutos facinoribus innui-
te conservet mundiciam. et ad vitam mun-
dos perducat eternam. Quia huma-
ni generis adversarius non desistit os-
tendere nocendo malignitatis sue
potentiam. in missione sua surgentibus